

vertici impissani· cuius circumpendentes ca
pilli sanguine defluente intincti sunt & sa
crati. Adoro tecum angelis et potestati
bus vniuersis· & sup omnia sacra vulnera
loca osculor te carius· ac de p̄coz instauris
ut ab omni peccatoruz spinositate me ab
soluas· & in numero electoruz tuorum in
ter minima saltem membra cōputare dis
gneris. Amen. Ave maria

De veneranda sepul tura domini Iesu

Benedico· & grās ago tibi dñe Je
su christe· odor vite· candor lucis
eterne· pro tua suauissima condi
tura cum aromatibus preciosiss· que lice
tibi necessaria non esset pro corruptione
pellenda· erat tamē ex deuotione famulari
tum tibi plurimuz accepta· ac etiam fin
iudice cōsuetudinis formam licenter ad
mittenda· sicut de nōnullis patriarchis

et regibus legitur tali more sepultis.
Laudo & honorifico te pro diligentia inuo-
lutione sacri corporis tui in syndone mun-
da. nec non pro decenti circumuelatione be-
nedicti capitum tui in sudario albo & puro
quod postea reptum fuit in sepulchro san-
cto. **L**audo & glorifico te pro tua flebi-
li reportatione ad locum sepulture. p re-
uerenda impositione tua. & humili reclina-
tione in monumento nouo. de petra exci-
so a nobili decurione Joseph tibi donato
vbi qz hora tardior erat fuisse honorifice
cum multis lachrymis sepultus. atqz sub
gradi lapide firmissime clausus. **G**aude
venerabilis Joseph de tante pietatis offi-
cio. & de tam sublimi caritat ope in xpo.
Regrati or tibi multuz. & recomendo ex-
cellenter tuam nobilitatem. eo q feceris
hanc rem omnibonore dignissimā. qmō
solum petisti a Pilato sepeliendi licentiaz
sed etiam sprium ei aperuisti sepulchrum
quod tibi paraueras ad repausanduz ius

eo post morte. **O** q̄nti existimauit te deus
vt apud te eligeret sepeliri p̄ cunctis mun-
di locis. in cui⁹ nimuruz ptate erāt omnes
fines terre. et que celi ambitu⁹ cōtinent. **D**i-
co tibi virouz illustrissime. q̄ exinde eris
apud deum. et boies honoratus q̄dū stete-
rit mūdus. et fidelium flowerit numerus.
Erit enī hoc venerabile sepulchr⁹ p̄ oībus
sanctor⁹ ac regum sepulchr̄is gloriosum.
magis et inclituz. atq; in toto orbe terraz
celebrius nominatū. **V**eniet ad hunc lo-
cum sc̄m inuisendū de extremis finib⁹ ter-
re pegrini multi. et adorabūt in loco isto
vbi requieuit corpus dñi. **H**ic ergo sepul-
tus est Jesus. hic positus est crucifix⁹. hic
lamētat⁹ est a mulierib⁹. hic custodit⁹ est
a militib⁹. hic surrexit tertia die xp̄us. hic
visus est a Maria magdaleua. Jesus. b
apparuit de celo angelus dñi. hic p̄terrī
sunt custodes sepulchrū. et facti sunt velut
mortui. **R**eside igit̄ et tu hic modicus
aucta monumētum ad plangēdum cun-

mulierib^d dñm Iesum p te sepultum. De
bet em illi lamentationis exhibere officiū.
a quo ppetue exultationis desideras percī
perepmūz. ppende itaqz q̄ grauiter con
tristabant tunc omnes xpifideles. marie
at sancte mulieres cuz Iesuz a se tolli. rur
sepulchro claudi conspicerent. pro cuius
amore omnia contempserant. quem tan
to terrarum spacio secute fuerant. cuiqz
deuote sepius de facultatibus suis mini
strauerant. atqz in tantum dilexerant. ve
ab eius dulci presentia ad modicum vix
sequestrari poterant. cum quo semp viue
re et iocunde cōuersari affectabant. p quē
et ppetue se posse bearri credebant. ¶ Er
re quanto amor erat intensior. tanto r lu
ctus fuit amarior. Super omnia autē
mentes tristium affligebat quia spes re
surgendi videbatur ablata. et fides earuz
quodammodo cum Ihesu Christo dño
ero in tumulo sepulta. Nulla ergo conso

latio miseris supesse sentiebatur. quem de
functum lamentari. aut ire aromata pre
parare; ut si mortuus suscitare non possent
saltem a corruptione fidelissima vinctioe
sua seruarent. **S**ed o sancte et religiose mu
lieres. Christum incessabili amore diligē
tes. Nolite queso nimius plangere. noli
te penitus desperare; recordamini verborū
Ihesu que predixit. et expectate paulisper.
Post tres namq[ue] indubitate dies resur
get. Tunc videbitis eum in magna clari
tate et cordis leticia. quez nunc plangitis
sepultum in infirmitate et mestitia. Tunc
erit gaudium nouum. omnibus amicis
eius qui nunc grauissime de morte eius et
sepultura contristatur. Nec esset illi omni
nino tunc necessaria vinctio vestra. quia re
surgens a morte in summa appetit glo
ria. Vestitur enim immortalitatis stola. et
mors ei ultra non poterit dominari. Disce
et tu in sepultura Ihesu de dissolutione
corpis tui fructuose pensare; necesse est ter

recommendari. quod te terra accepisti.
puluis es et in puluerem reuenteris. **V**nde
ergo superbis mox putredo futurus. bus
mox opiendo. **Q**uid in mundo concus
piscis. cito ab ipso expellendus. et hominum
pedibus conculcandus. **C**ernens igitur
sepulchra mortuorum. memento tellis in
proximo sociandum. **I**bi quippe constitutus
ta est domus omni viventi. **I**bi diues et
pauper iacebunt communilecto prostra-
ti modico spatio terre contenti. **I**bi no-
bilis ab ignobili non discernitur. nec im-
becillis a potentiore amplius conculabi-
tur. **I**bi auaro nihil proderit pecunia. nec
astuto exquisita nequicia. **I**bi delicatus
erit esca vermiꝝ. et quondam formosus
in stola sua. grauis fetor natiꝝ. **I**bi curua
bis altitudo viroꝝ. et manescit laus sup-
eroꝝ. **E**cce quo tendit ad nibilum oem morta-
lium genus. et ad suam originem reddit ois ca-
ro pculpam corrupta. **Q**uapropter sic
studeas modo vivere. et spiritu facta car-

nis mortificare. ut carne putrefacere in pul-
uere anima tua mereatur felici in pace re-
quiescere. Si enim dies para sceues nunc
agis in labore et merore. batebis sabbatum
sanctum in requie. ac deinde letissimum pas-
cha in resurrectione iustorum. Quanto
igitur strictius nunc viuis in mundo. ta-
to tranquillus dormies in sepulchro.
Quanto nunc firmius cruci adheres. tan-
to securius ad p̄pm quenies. Quanto
nunc amarius peccata tua deploras. tan-
to minus vtricibus flammis exurēda re-
linquis. Plange plange dum tempus est
gratiae. dum porta patet misericordie. duz
accepta est deo penitentia. et copiosa apud
eum redemptio. Plange quoq; miserabi-
lem statum mundi. et magnā multitudi-
nem hominuz. q; tam pauci inueniuntur
veri imitatores crucifixi. et tam multi fri-
gescunt a feruore spūali. Sit pinde quo-
tidianuz exercitiuz tuum medicari. Ihesuz
p̄pm. et hunc crucifixum tibi semper p̄pone.

a cruce Iesu non recede; sed viuens et moriens
cum Iesu tumuluz ingredere ut cum
apparuerit Christus vita tua. cum ipso resur-
gas in gloria. Amen

Oratio deuota de quicqz vulneribus Iesu Christi

Domine Ihesu Christe fili tei vi-
ui. precor te per sanctissima quicqz
vulnera tua que in cruce perstulisti
per memiserio peccatore. dirige sensus cor-
dis et corporis mei in beneplacito tuo. ut
nunqz valeam decedere de hac vita sine ve-
ra penitentia. pura confessione. digna sa-
tisfactione. casto corpore. mundo corde et
fide catholica et sacrosancta eukaristia atqz
vnctio per te domine Iesu Christum. qd sol potes me
saluare. Da mihi per intercessionem beatissi-
me genitricis dei virginis Marie Sancte
Hieronymi Sancte Katherine et ange-
li custodis mei. velle orare et opera exercere